

quia exemplū est ministerij dei, retribuet ei dominus gratiā in omnibus. Saluto deo dignū episcopum uestrū Polycarpū, & deo decentissimū presbyterum, & Christophorus diaconus meus, & cōseruus, & specialiter & generaliter oēs in nomine dñi Iesu Christi, & in sanguine ipsius, & in passione, & in resurrectione carnali, & spiritali in unitate dei & uestra. Gratia uobis & misericordia, pax & patientia in oibus in christo. Saluto domos fratrum meorum cum uxoribus & filijs sed & uirgines & uiduas. Incolumes estote in uirtute dei patris. Salutat uos Philon cōdiaconus, qui est mecum. Saluto domū Granix, quā opto firmari fide, & deuotione carnali & spiritali. Saluto Alcem desyderabile nomen mihi, & Daphniū spiritalē & bonū filiū, & oēs nominatim incolumes estote in gratia dei, & domini nostri Iesu Christi, repleti spiritu sancto, & sapientia sancta atq; diuina. Amen.

AD POLYCARPVM EPISCOPVM  
Smyrnesiū de illuminatis. Epist. VII.



Gnatus episcopus Antiochiæ, qui & testis Iesu Christi, Polycarpo episcopo Smyrnesium. Suscipiens autem tuā sententiā tanquā supra immobilē petram fundatā, quoniā desyde-  
ro promereri faciem tuam immaculatā, quā acquisiui in domino, rogo te in gratia dei qua inductus es, ad iicere ad cursum tuū, et rogare omnes ut saluentur in Christo. De fende



fende locum tuū in omni diligentia. unitatis curā ha-  
 beto, qua nihil melius est. Omnes baiula, quo modo  
 et te Christus. Omnes suffer in dilectione, orationi-  
 bus indefinenter uaca, amplio rem prudentiam quam  
 habes postula uigila in obdormibile spiritum possi-  
 dens, secundū adiutoriū dei loquere, omniū infirmita-  
 tes porta, ut perfectus athleta, quomodo et dominus  
 omniū. Ipse em̄, inquit, infirmitates nostras portauit,  
 et languores nostros abstulit. ubi enim magnus fue-  
 rit labor, ibi etiā maius lucrū est. Si bonos discipulos  
 amaueris, non est tibi gratia, magis autē pestiferos  
 subiuga in mansuetudinem. Non omne enim uulnus  
 uno emplastro curatur. ac redines atq; uehementias  
 embrocha cōpescce. Astutus esto ut serpēs, et simplex  
 ut columba. propterea enim ex anima et corpore car-  
 naliter et spiritualiter extas, ut omnia quæ tibi osten-  
 sa fuerint in facie corrigas, quæ autem tibi inuisibilia  
 fuerint, pete ut tibi manifestentur, ut tibi nihil restet,  
 sed totius gratiæ abundās sis. Tempus deposcit, te tā  
 quā gubernatorem prosperū petere, et sicut nauī peri-  
 clitanti portū aptum ad salutē requirere. Sic et te dei  
 atletam præsta, ut uestem incorruptiōis et uitā æter-  
 nam percipias, pro qua et tu confidis in omnibus. pro  
 anima tua ego efficiar, et uíncula mea quæ dilexisti.  
 Qui se arbitrantur fide dignos esse, et aliter docēt, nō  
 te circūueniant. sed sta firmus sicut incus quæ percuti-  
 tur. Magni enim atletæ est uapulare, et uincere. ma-

Embrochaso  
 mentū est &  
 infulto, medi-  
 cinæ uocabu-  
 lum



xime autem pro deo omnia oportet nos sustinere, ut ipse sustineat nos in regno. Plurimū adde ad festinationē, cōtinuanter curre, tpa cognosce, ut in ipsis semp uincas. hic est em̄ stadiū, illic corona expectat Christum filiū dei. intemporalem, intempore. inuisibile natura, uisibilem in carne. impalpabile & intactū, ut corporeū uero propter nos, & contrectabile. impassibile ut deū, passibile uero ppter nos in hominē. Amen.

AD ANTIOCHENSES EX PHILIP  
pis. Epistola VIII.



Antiochia ci  
uitas Syriæ.

**I**gnatius qui & Theophorus, ecclesiæ Antiocheni misericordiā a Christo consecutæ, habitanti in Syria (quæ prima Christi cognomē accepit) quæ est in Antiochia, in deo patre & domino Iesu Christo salutē. Leuia mihi & inonerosa fecit dominus uincula, cū didicissem pacificos uos esse, & in omni concordia carnali & spiritali uos transigere, Rogo igitur uos ego uinctus in domino, digne ambulare in ea uocatione qua uocati estis, custodientes uos ab introeuntibus hæresibus malignis, ad seductionem & perditionē consentientiū eis. intendere autē apostolorum doctrinæ, et legi atq; prophetis credere omniūq; Iudæorum aut Paganorū errorem abijcere. & neq; deorū multitudinem admittere, neq; Christū ad excusationem unius dei negare. Mose fideli famulo dei ad populū dicente, Dominus deus tuus deus unus